

Hic queri potest utrum

hec libertas qua quis liber est ad malum sit libertas arbitrii. Si enim libertas arbitrii est bonum quidam est. Quibusdam videtur quod sit ipsa libertas arbitrii que sepe bona est. propter peccatum fuit tunc ad malum sit liberior et prior. et ideo dicitur non esse vera libertas. quia ad malum est. Alii autem videntur quod hec libertas ad malum quam supra commemoravit Augustinus sit ipsa libertas arbitrii. si sit quedam penitus peccati et curvitas que ex peccato est. et mala est.

Responsum finem dam.

Questio alia de libertate ad bonum. an ipsa sit libertas arbitrii. an non.

Similiter etiam que

ri solet utrum illa libertas que est ad iusticiam faciendam sit ipsa libertas arbitrii. Quidam dicunt illam eandem esse si reparata per gratiam. quia iuuante libera est ad bonum. sine gratia vero non est libera ad bonum. Unde Augustinus in enchiridion. Ista libertas ad bonum faciendum unde erit homo additio et venditio sub peccato nisi eum redimat qui dicit. Si filius vos liberauerit. de liberari eritis. Quod antequam fieri in homine incipiat. quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur quod non dum est liber ad operandum bene. Ecce aperte ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari. ut per illud bene operetur quis. Ideoque dicitur illa libertas vera que est ad bene faciendum. cuius super meminit Augustinus. esse libertatem ipsam arbitrii gratia si liberata et adiuta. Alii vero putant non esse ipsam arbitrii libertatem. sed aliam quandam que ex gratia et libero arbitrio in mente hominis deo operante incipit esse cum repatus est.

Responsum finem quosdam.

Secundum alios

Tertia determinatio utriusque questionis quas dicit libertas ad bonum et ad malum esse libertas arbitrii.

Verum nobis magis

placet ut ipsa libertas arbitrii sit. et illa que quis liber est ad malum. et illa qua quis liber est ad bonum faciendum. Et causis enim variis sortitur diuersa vocabula. Dicit enim libertas ad malum faciendum antequam per gratiam sit reparata. sed cum per gratiam fuerit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum. quia ante gratiam libera est voluntas ad malum. per gratiam vero libera sit ad bonum. Sempiterna ergo voluntas hominis aliquo modo libera est. sed non semper bona est. Non enim est bona nisi a peccato liberata. est tamen a necessitate libera. Unde Augustinus in libro

de de gratia et libero arbitrio. Sempiterna in nobis voluntas libera est. sed non semper bona est. Aut enim libera est iusticie quoniam seruit peccato. et tunc est mala. aut a peccato libera est quoniam seruit iusticie. et tunc est bona.

De libertate a miseria.

Est iterum libertas a

miseria. de qua apostolus ait. Et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptio in libertate gratie filiorum dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum. quia omnino carebat miseria et nulla tangebatur molestia. et plenius habebit in futura beatitudine ubi miser esse non poterit. Sed in hac vita que est inter primum peccatum et ultimam confirmationem. nemo a miseria liber est quia pena peccati non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrii. ut addat alia.

Ex predictis apparet

in quo peccatum sit imminutum vel corruptum liberum arbitrium. quia nisi peccatum nulla erat homini difficultas. nullumque impedimentum de lege membrorum ad bonum. nulla impulsio vel instigatio ad malum. Hinc autem per legem carnis ad bonum impeditur et ad malum instigatur. ut non possit velle et perficere bonum nisi per gratiam liberetur et adiuuetur. quia ait apostolus. Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum sepe et in singulis sit liberum. non est tamen pariter liberum in bonis et in malis. et ad bona et ad mala. Liberius enim est in bonis ubi liberatum est. quam in malis ubi liberatum non est. Et liberum est ad malum quod per se potest ad bonum. quod nisi gratia liberetur et adiuuetur. non potest.

Non est pariter liberum a bonis et in malis ad bona et ad mala

De libertate que sit ex gratia et que ex natura.

Libertas ergo a

peccato et a miseria per gratiam est. libertas vero a necessitate per naturam. Utraque libertatem naturalem et gratie notat apostolus cum ex persona hominis non redempti ait. Certe adiacet mihi perficere autem bonum non ingenio. ac si diceret. habeo libertatem gratie. Non est autem apud me perfectio boni. Quia voluntas hominis quam naturalis habet non valet erigere ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum. nisi per gratiam liberetur et adiuuetur. Liberetur ergo quod dem ut velit. et adiuuetur ut perficiat. quia ut ait apostolus. Non est volentis velle neque currentis currere. in operari. sed miseretis dei qui operatur in nobis.

Quid possit per se homo voluntas. et quod per gratiam